FLORA.

№ 39.

Regensburg. 21. October. **1858.**

Inhalt: Original-Abhandlung. Lönnroth, Descriptiones generum specierumque lichenum (Finis.) — Literatur. Norman, quelques observations de morphologie végétale.

Descriptiones generum specierumque lichenum, quas novas invenit vel limitibus novis determinavit K. J. Lönnroth, Philosophiae Doctor Upsaliensis.

(Finis.)

Endocarpon pusillum sp. restit.

Char. Thallus cartilagineo-coriaceus, squamaceo-foliaceus, typice lobatus, e glauco-viridulo olivaceus l. castaneus, nigrescens; apothecia mediocria in thallo demersa, perithecio indistincto ostioli- l. papillaeformi, obscurescenti, amphithecio subrotundo l. ovato, extus fusco-nigro; sporae 1—3-nae, oblongo-cylindricae clavataeve, vel ellipsoideae e pallido olivaceo-fuscae, 0,035—0,06 m. m. longae, 0,014—0,023 m. m. latae.

Habitu exteriore hujus speciei valde variabili formae exstant innumerabiles inter se dissimillimae, sed loco natali formis mediis frequentibus connexae, quae nullo pacto species sejunctae, varietates modo parvi momenti ejusdem typi habendae sunt, quarum maxime insignes ab auctoribus, et veteribus et hodiernis, nominibus propriis commemoratas synonymiae extricandae caussa sum expositurus.

Var. α: thallo magis macrophyllino (diam. 3—8 m. m. longo), olivaceo l. castaneo, nigrescenti, partito et grosse rotundato-lobato, lobis integerrimis, undulatis adscendentibusque, aggregatis et saepe imbricatis, peritheciis typice late et depresso-ostioliformibus, annulo thalli paullum turgescenti, humili oculiformiter cinctis l. saepius papillaeformibus. Speciei typus muscicolus cum *Rh. rufescenti* quodammodo magnitudine et forma thalli (non colore) comparandus.

β: magnitudine, colore, forma thalli effigurati varietati α si-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0655-8

millimum, deplanatum tamen (quod terrestre est et matrici aequae affixum) marginibus paullum liberatis, inde pallidioribus. In terra nuda argillacea aggerum l. in humo molli, e muscis putrefactis orta, e formis sequentibus γ, ε, ζ enatum, *Rhodocarpo daedaleo* haud dissimile.

Syn. *Endocarpon pusillum* Hedw. Stirp. Crypt. (= Descr. et adumbr. micr. et annal. Musc. frond.) tom. II. p. 56, Tab. XX. fig. 1.*)

γ: omnibus partibus var. β simile, dilutius tamen coloratum et viridulum; forma terrestris.

Syn. *Verruc. sorediata* Borr. Engl. Bot. Suppl. Tab. 2612 f. 2, *Endocarpon* Leight. Brith. Spec. Angioc. Lich. Plate V. f. 2 (forma ostiolis destructis, pulveraceis).

δ: thallo magis microphyllino (diam. $^1/_2$—4 m. m. longo) e glauco-viridulo mox olivaceo l. castaneo-fusco, subcrustaceo, obsoletius lobato laciniatoque, plano terraeque ubique adglutinato, margine ex hypothallo obscuro fusconigro-colorato, lobis in crenaturas plerumque coarctatis l. squamis sinuato-subintegerrimis, subclypeiformibus, saepe connexis l., matrice siccatione rimata, areolaeformiter diffractis et sejunctis, ostiolis papillaeformibus et obscuratis. Forma macra terrestris, in muris tenuissima et compacta terra superstratis obveniens, strato terrae aucto et inde mollito in var. β transiens. Si minus effiguratum et subintegrum est, *Rh. hepatico* et *Rh. tenello* quodammodo simile, colore tamen aliquantum differt.

Syn. *Thelotrema Schaereri* Hepp. Flecht. Eur. Nro. 100, *Dermatocarpon* Körb. l. c, *Dermatoc. glomeruliferum* Mass. Mem. (forma glomerulis alienigenis parasiticis inquinata), *Verrucaria Garovaglii* Nyl. Lich. Par. Nro. 90: Zwackh. Lich. exs. Nro. 210.

*) Hedwig descriptionem hujus speciei tradidit sequentem: „trunco plano . . . . profunde viridi“ . . . . „truncus variae, a linea una ad quatuor, rarius sex, dimensionis nec non figurae. Juvenius utplurimum rotundus vel ovalis est, margine integro; extensione cordiformis, irregulariter emarginatus, bilobus trilobus et ultra, lobis profundius sectis, rarius quamvis, evadit. Color supra profunde viridis, hinc senio nigrescens“ . . . „Genitalia feminea demum intra substantiam intermediam thalamo membranaceo, ovato, fusco“ . . . „Thecas obtusas, clavatas, membranaceas, tenerrimas, pellucentissimasque paraphysibus destitutas. Semina his insunt duo ovalia ex albo dilutissime fuscella“ (in tabula asci delineati sunt clavati, sporas duas ellipsoideas includentes) . . . „In terra nudo degit“ . . . . „mihi circa Lipsiam obviam fuit Schoenfeldi supra murum antiquum argillaceum et ad declivitatem aggeris praestructi piscinae, in sylva Lindenthalensi.“ — Tabula supra citata hypothallum fusco-nigrum, amphithecium extus brunneum exhibet.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0656-4

δ: thallo magis minusve microphyllino (diam. 1 — 2½ m. m. longo) pallide glauco-ravo l. glauco olivaceo, magis minusve crenato-lobato, squamulas gibbulas, sparsas l. aggregatas, reniformes l. paucilobatas efficienti, ostiolis prae colore pallido saepius indistinctis, rarius papillaeformibus. Forma est muscicola l. terrestris humo inter muscos l. terra nuda, molliore enascens, semper e forma ζ orta et in formas α, β et potissimum γ transiens, *Rhodocarpo Custnani* simillima.

Syn. *Endoc. pallidum* Ach. L. univ. et herb. (muscicolum), Leight. Brith. Sp. Ang. Lich. Plate V. f. 3, *End. pusillum* b Stenh. Lich. Su exs. ed. 2. No. 30b, (muscicolum), *End. pus.* v. *pallidum* Schaer. Enum. et Lich. Helv. exs. No. 464 (terrestre), *End. muscorum* Ach. L. u. et herb. (muscicolum et arenarium).

ζ: thallo minimo, orbiculari l. ovali, peltiformi et subgomphato, subintegerrimo, pallide glauco-viridulo l. viridescenti, margine libero, subtus pallido. In arena laxa l. in humo nascitur haec forma speciei primitiva et maxime juvenilis, cum *Rhod. exiguo* fortasse comparanda.

Syn. *Verruc Garovaglii* Montagne Ann. d. scienc. nat. Bot. Ser. III. Tom. XI.

Hab. α in planitiebus Gotlandiae calcariis et muscosis vulgaris, frequenter varietatibus β, γ, ε, ζ mixta, saepe imaginem varietatis δ, quamvis in humo nascentem exhibens; ceterum var. β inventa est in Saxonia prope Lipsiam, ubi e variet. ζ et ε oritur (Hedw. l. c.) et enim δ in Helvetia (Hepp. l. c.); γ in Anglia, δ in Germania, Helvetia, Gallia (Meudon), Italia superiore (Veronae), ε in Suecia (Ostrogothia), Saxonia (Lipsiae), Gallia (secund. specim. Persooniana in herb. Ach.), Helvetia (sec. herb. Ach.), Anglia, ζ denique in Longobardia, Suecia (Upsaliae), Saxonia (Lipsiae).

Descr. Hypothallus fibrillosus, in matricem quasi radicans, primitus vix nisi ex papillis paginae inferioris strati albidi medullaris, fibrillis dense contexti, consistens, deinde, hoc strato infimo fusco-nigro-obscurato, totam superficiem inferiorem thalli scabram et strato corticali carentem occupans, a matrice, fibris alienis muscorum emortuorum conglutinatis saepe composita et imaginem hypothalli spurii spongiosique prae se ferenti, bene distinctus et ei punctis adhaerens. Thallus juvenilis subtus gibbulus et albidus, peltatus, deinde crenatus, tum lobatus, postremo, quum satis adultus est, partitus, gonidiis viridibus praedives (madidus inde saturate viridescens), postremo et subtus et supra nigrescens. Lobi adulti rotundati et integerrimi.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0657-0

Perithecium primo vix nisi pars est thalli amphithecium obtegens, deinde saepius paullulum papillato-protuberans et fusco-nigro-obscurescens. Amphithecium saepius pyriformi-ovatum, diametro transvers. 1/4 m. m. longo, strato medullari intime connexum, extus tamen mox fusco-nigricans. Nucleus ex albido fusco-obscurescens. Sporae 1—3 septatae, murales, saepe extus, qui est mos omnium fere sporarum polyblasticarum, ex blastidiis inclusis turgescentibus tuberculatae, postremo subopacae. Spermogonia in thallo pallido submersa, apothecia vix aequantia, ovoidea, intus subfusco-carnea, paullum obscurescentia, membrana albida cincta, basi per paginam thalli inferiorem protuberantia. Spermatia cylindrica, pellucida, 0,003—4 m. m. longa, 0,008—0,001 m. m. latae.

Ceterae species hujus generis sunt: *E. clopimum* (Verrucaria Wahlenb. in Ach. Meth. Suppl. et Wahlenb. herb.*), omnia Stigmatommata Körb. l. c. complectens); *E. elegans* (Sphaeromphale Körb. l. c.); *E. fissum* (Sphaeromphale Körb. l. c.); *E. nigellum* (Polyblastia Kremp. in Flora 1857 No. 24); *E. rufum* (Polyblastia Mass. Ricerch.; num forma magis atypica *E. nigelli*?).

Polyblastia.

Char. Thallus crustaceus l. subsquamaceus; apothecia perithecio distincto, postremo atro, amphithecio extus mox nigro; paraphyses obliteratae, gelatinam efficientes; asci 8-spori; sporae mediocres l. majusculae, e stramineo-hyalino fuscellae, pleioblastae, blastidiis subirregulariter pluriserialibus, episporio paullum fuscescenti, vix opaco.

Genus medium inter *Endocarpon* et *Thelidium*, species saxicolas muscigenasque, octosporas generis *Polyblastiae* Mass. Memor. complectens, ceteris speciebus generis Massal. partim generi meo *Endocarpo*, partim generi *Microglenae* (vide infra) adscriptis, adjecta vero *Verrucaria plicata* Mass. Sertul. Lich. (Lotos 1856).

Descr. Species saxicolae l. muscicolae, varie coloratae (interdum chrysogonidiis vivae rufescentes?). Stratum corticale gasterogonidiis aureis l. subhyalinis saepe foetum. Apothecia immersa l. saepius emersa, typice umbilicata l. porifera, rarissime confluentia, peritbecio interdum primitus thallode et pallido (apud P. Sendtneri), postremo nigrum. Sporae typice ovoideae, blastidiis (primitus duobus l. paucis subirregulariter sparsis, deinde horum divisione) 8—32 impletae, e

*) Huc potissimum referenda est *Pyrenula areolata* Ach. Syn. et herb., nisi forte propria est species inter *E. pusillum* et *E. clopimum* media.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0658-6

stramineo l. fulvello-virudulo fusculae (episporio paullum obscurato), numquam plane opacae (ut postremum *Endocarporum*, nec prorsus pellucidae et incoloratae ut *Thelidiorum*). Inter blastidia, raro in series regulares distributa, et magis minusve inaequalia, intersepta aegre elucent, uno tamen (alterove) excepto in medio sporae tenso; plerumque enim rimae tantum irregulares ea sejungere videntur. Sporae satis evolutae proinde saepius reticulatae sunt (vix murales) et venas magis minusve irregulariter discurrentes in superficie exhibent. Blastidia primaria primo libera, subsphaeroidea, deinde magis adulta, se invicem comprimentia et compressa, rotundato-angulata evadunt et dividuntur, dum postremo sporae cavitatem plane explent.

P. bryophila n. sp.

Char. Crusta tartarea, uniformis, verruculoso-rugulosa alba; apothecia parva, semilibera, perithecio atro, hemisphaerico, amphithecio extus nigricanti; sporae ovoideae l subellipsoideae, 0,024—0,042 m. m. longae, 0,014—0,022 m. m. latae.

Habit. super caespitulos dense stipatos muscorum emortuorum in planitie calcaria promontorii Landsnaes juxta litus marinum insulae Fårö Gotlandiae boreali adjacentis

Descr. *Polyblastiae Sendtneri* affinis species, sporis tamen duplo majoribus et habitu crustae alio diversa. Crusta crassiuscula, contigua l. toruloso-dispersa, strato corticali gasterogonidiis magnis, aureis, brevi decoloratis, sparsis foeto. Perithecium subnitidum, diam horizontali 1/4 m. m. longo, apice poro subtili typice instructum, vix umbilicatum; amphithecium subsphaericum; nucleus pallide fuscescens. Asci saccati; sporae dictyoblastae, viridulo-fuscellae, blastidiis 12-32.

Ceterae *Polyblastiae* mihi sunt: *P. epigaea* Mass. sulla Lec. Hook.; *P. nigrata* (Verrucaria Nyland. Prodr.); *P. Sendtneri* Kremp. Flora 1855 Nr. 5; *P. rugulosa* Mass. Mem. (*Verr. hymenogonia* Nyl. l. c.), cui *P. ventosa* Mass. Symm. sine dubio ut varietas atypica*) adscribenda est; *P. plicata* (Verrucaria Mass. Sert. Lich.); *P. Henscheliana* (Sphaeromphale Körb. l. c.); *P intercedens* Nyl. Enum. Gen. et herb. Mus. Paris. (Thelotrema muralis Hepp. Fl. Eur. Nro. 445); *P. verrucosa* Ach. Lich. univ. et herbar. (Thelotrema Hegetschweileri Hepp. l. c. Nro. 446) c. var. *dermatodes* Mass. Symm.**) — Huc fortasse etiam referendae

*) Idem de *P. cupulari* Mass. Ric. suspicor, nisi forte paraphysibus liberis differt.

**) De *Polyblastia sepulta* Mass. Sert. Lich. et Lich. Ital. exs. No. 205 propter habitum nimis atypicum incertus haesito; nonne tamen *P. verrucosae* ut forma junior adscribenda est?

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0659-4

sunt *Verrucaria isidioides* Borr. E. B. 2622 f. 1 (Endocarpon Leight. l. c. Plate VI f. 4) et *Polyblastia rupifraga* Mass. Symm. (ut species 8-sporae?) nisi forte propter habitum diversum et, quod ad hanc speciem attinet, episporium opacum potius ad *Endocarpa* transeunt.

Thelidium parasiticum n. sp.

Char. Apothecia parva, parasitica, perithecio operculiformi, convexo, amphithecio extus nigricanti, sporae 7—8-nae, oblongo-dactyloideae l. elongato-ellipsoideae, utrinque rotundato-obtusissimae, maturae magis minusve constricto articulatae (1—)3-septatae, (2—)4-blastae, pellucidae, hyalino-flavellae, mediocres, 0,016—0,024 m. m. longae, 0,007—0,0095 m. m. latae.

Habitat in crusta *Diplotommatis calcarei*, ubi frequenter nascens a me inventum est in Gotlandia orientali et meridionali, nec non in insula Fårö prope Gotlandiam borealem.

Descr. Apothecia sphaerica, semiimmersa, perithecio nigro, tenui, vix umbilicato instructa; amphithecium latitudinem perithecii aequans, diametro $^1/_6$—$^1/_7$ m. m. longo, nucleus pallide fuscescens; paraphyses inconspicuae gelatinam efficientes; asci oblongi vel ellipsoideo-saccati; episporium senio paullulum fuscescens.

Microglena.

Char. Thallus membranaceus l. subarachnoideus (hypophleodes?); apothecia emergentia vel in verruculis thalli inclusa, perithecio molli, e pallido magis minusve nigrescenti, amphithecio molli instructa; paraphyses distinctae, teneres, capilliformes asci crasse cylindrici l. elongato-ellipsoidei, sporas typice 4—8 nas, eximie murali-polyblastas et multiseptatas, straminéo-viridulas includentes.

Hoc inter *Pertusariam**) et *Blastodesmiam* medium genus (quodammodo etiam *Endocarpo* fructificatione approximatum) species complectitur varias muscicolas l. corticolas, quae hucusque aut minus cognitae aut diversis generibus adscriptae intima tamen affinitate conjunctae sunt.

Descr. Hypothallus indistinctus. Crusta uniformis, subglauca, primo laevis est et aequa; deinde interdum protuberantiae sparsae humiles, thallo cetero concolores et nuclea singula fovent es sensim elevantur, quae si crassiores evadunt, colorem pallidum et consisten-

*) Sporas *Pertusariae communis* rite evolutas vidi massa sulphurea et ceracea expletas esse, quae sub microscopio accurate observata blastidiis scatebat lentiformibus, minutissimis, frequentissimis in series maxime regulares (circiter 64 transversales et 8 longitudinales) alternatim dispositis.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0660-5

tiam thallodem servant, imaginem verrucularum cujus *Pertusariae* monopyrenicae prae se ferentes, vel, quae variatio apud eandem speciem (more Pertusariae glomeratae) inveniri potest, si vero tenuiores sunt, colorem magis minusve mutant et in perithecia propria, nigrescentia transformantur. Saepius vero perithecia emergunt magis ceracea, quae mox fere colorantur l. nigrescunt, postremo subnigra evadunt. Vertex eorum, sicut apud *Endocarpa*, typice umbilicatus est, saepius vero, si thallus tenuior est, umbilico defectivo conoideus. Amphithecium carnosulum, albidum, plerumque extus paullum obscurescens. Paraphyses pauciores l. uberes, capilliformes, magis minusve laxae, interdum gelatina parca paullum connexae, impressione tamen adhibita mox disjunctae. Sporae 2—8, numero et forma apud quamque speciem (sicut apud Pertusarias) paullum vagae, mediocres, magnae l. maximae, plerumque oblongo-cylindricae l. obtuse subfusiformes, rarius ovoideae, semper obtusae, membrana gelatinosa, saepe inconspicua, semper hyalina cinctae, primitus 4—pluriseptatae, satis evolutae, si blastidiis, quod interdum evenit, uberioribus et granulaeformibus repletae, sunt, ex contento grumoso opaculae. Si sporae evolutae minus polyblasticae fient, juniores blastidia continent lata, rectangularia, uniseriata, quae posterius in plura transversaliter divisa speciem sporarum muralem efficiunt.

M. muscicola n. sp.

Char. Crusta membranacea, effusa, laevis, cinerella l. pallide viridulo-cinerea; apothecia mediocria, immersa l. semiimmersa, perithecio conico-hemisphaerico l. depresso-umbilicato, versicolore, e glauco-pallido l. carneolo fusco griseo l. viridulo-nigro, amphithecio albido l. extus viridulo-cinereo; asci late cylindrici; sporae (2—)4-nae submyrioblastae, oblongo-cylindricae l. elongate ellipsoideo-fusiformes (ellipsoideis brevioribus raro intermixtis), e contento granuloso cano-viridulae et opaculae, magnae l. maximae, 0,036—0,1015 m. m. longae, 0,0175—0,026 m. m. latae.

Syn. *Verrucaria muscicola* Ach. herbar. (*V. gelatinosa* Somf. Suppl. Fl. Lapp. ?).

Habit. super muscos putridos planitierum calcarearum Gotlandiae hinc inde parcius a me inventa; etiam in Suecia occidentali (in Bahusia) obvia (sec. herb. Acharii).

Descr. Crusta tenuis, laevigata, e substratis tamen muscis rugulosa, madida subgelatinosa et fusculo-virescens. Apothecia et basi (sub crusta in matricem) et apice protuberantia, semiimmersa l. quarta

parte saltem emergentia, sphaerica l. subovoidea. Si apex eorum conicus est, saepius poro et umbilico est destitutus et colore magis nigricanti, si depressus, concinne umbilicatus et pallidior (subthallodes). Perithecium molle et tenue, amphithecio arcte adglutinatum, parvum, diametro horizont. $^1/_4$—$^1/_3$ m. m longo, politum, primitus crustae concolor (i. e. glauco-cinerellum) l. carneo-pallidum (cujus sporae sporis typi jam isomorphae sunt) vel subfuscum, deinde fusco l. viridulo-griseum, postremo subnigrum (numquam prorsus atrum); rarius 2 geminata confluunt. Amphithecium perithecio plerumque subconcolor, paullo pallidius tamen, diam transv. $^2/_5$—$^1/_2$ m. m. longo (proinde perithecio plerumque latius), subcarnosum, basi in matrice (saepe profunde) demersum. Nucleus albidus l. pallide rosellus, fusculo-rufescens. Paraphyses pauciores, paullum cohaerentes. Asci creberrimi. Sporae episporio crassiusculo, gelatinoso, hyalino cinctae, in ascis uniserialiter stantes l. alterae alteris superimpositae, blastidiis 60—150 in series 16—20 transversales, 4—6 longitudinales regulariter et muriformiter distributis foetae. — Haec species ceteras *Microglenas* affinitate arcte nectit.

Ceterum huic generi adnumerandae sunt: *M. Wallrothiana* Körb. l. c. (Thelenella modesta Nyland. Lich. Paris. Nr. 97); *M. sphinctrinoides* (Verrucaria Nyland. Enum. Gen. et herb. mus. Paris.)*); *M. lactea* (Polyblastia Mass. Lich. Ital. exs. Nro. 143, Pyrenula Naegeli Hepp. Fl. Eur. Nr. 469)**); *M. sericea* (Polyblastia Mass. Symm. et Lich. Ital. exs. Nro. 262).

Arthopyrenia megalospora n. sp.

Char. Crusta hypophloeodes, tenuissima; apothecia convexa l. papillaeformi-conoidea, perithecio patentissimo, amphithecio lentiformi, albo; sporae 6—8-nae, elongato-biscoctiformes l. oblongo-didymae, uni septatae, diblastae, flavello-hyalinae, majusculae, 0,03—0,0375 m. m. latae.

Var. α: apotheciis ellipticis, 0,5 m. m. longis, ambitu magis maculaeformibus et depressis, medio papillaeformi-conoideis l. umbonatis.

---

*) Species est pulcherrima Finnlandica (regionem Lapponicam incolens), muscicola, crusta membranaceo-maculari, cinereo-alba (saepe paullum fulvescenti) apotheciis mediocribus, emersis, subturbinato-hemisphæricis, plerumque eximie umbilicatis, junioribus cinnamomeis, deinde nigris, amphithecio extus e cinnamomeo nigrescenti, ascis sporas 6—8 nas, subfusiformes, murales, stramineo-viridulas, 0,036—0,045 m. m. latas includentibus *Microglenae lacteae* valde affinis.

**) Haec species ascos 2—6-sporos habet secundum specimina Massal-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0662-7

Syn. *Verrucaria epidermidis* Fries Lich. Suec. exs. Nr. 242 (non Ach. Prodr., quae est species Leptorhaphidis, nec omnino Ach. herb.)

β: apotheciis subrotundis, convexis, diam. 0,3 m. m. longo, ambitu vix macularibus et distinctius circumscriptis.

Syn. *Verruc. punctiformis* Fries l. c. Nr. 244 (non Ach. Prodr., nec omnino Ach. herb., ubi nulla specimina *V. punctiformis*, ut nimis juvenilia ascos, nedum sporas satis evolutas habent).

Habitat in cortice juniore Betularum Sueciae australis.

Descr. Crusta inconspicua, cortex vero, in quo sedent apothecia, colore vario. Asci elongato-ovoideae, brevissime stipitati. Paraphyses connatae et subgelatinosae, subdistinctae.

Dabam Monachii ante diem undecimam Calendas Augusti anno 1858.

Literatur.

Quelques observations de morphologie végétale faites au jardin botanique de Christiania par J. M. Norman, Medecin, Botanices Docens à l'Université Royale de Christiania, Membre de la Société Royale des sciences à Drontheim et de l'union physiographique à Christiania, et publiées avec l'autorisation du Sénat académique par H. H. Rasch, Professeur de Zoologie à l'Université Royale de Christiania etc. Avec 2 Lithographies. Programme de l'Université pour le 1. Sem. 1857. Christiania, Imprimerie de Brogger et Christie. 1857. 4. 32 S.

Referent hätte gerne über die vorliegende interessante Abhandlung ganz ausführlich berichtet, aber er fürchtete damit die in dieser Zeitschrift der Regel nach eingehaltenen Grenzen allzusehr zu überschreiten und beschränkt sich desshalb auf die Angabe der wesentlichsten Resultate. Demjenigen, welcher sich mit denselben Fragen beschäftigt, deren Beantwortung der Verfasser sich zur Aufgabe gestellt hat, kann ohnehin kein Referat genügen: er muss unbedingt das Original selbst vergleichen.

1. Die Nebenblätter und Bracteen der *Cruciferen*.

Es ist eine sehr bekannte Thatsache, dass in dem Blüthenstande nur weniger *Cruciferen* ausgebildete Bracteen auftreten, während sie bei weitem den meisten Arten gänzlich zu fehlen scheinen. Man ist allgemein geneigt eine vollständige Verkümmerung derselben anzunehmen, aber es bedarf diese Annahme eines exacten

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0663-2

Thyrea sp. jur. 92. Tilia glabra 716. Timmia bavarica 780. Tofieldia borealis 120. calyculata 56. Tolypothrix lanata et Wartmannianna 782. Toninia cervina 614*. Torilis helvetica 119. Tozzia alpina 162. Trichostomum crispulum 664 rigidum 50. tophaceum 664. Trichothecium sp jur 701. Trientalis europaea 55. Trifolium incarnatum 718. pratense 641. spadiceum 118. Trollius europaeus 716. Tromera sp. jur. 508. Trypethelium uberinoides 391.

Ulmus effusa 120. Ulota crispa 50. Ulothrix subtilissima 731*. Uncinia longispica 650*. Urceolaria macrophthalma 489*. sp. jur. 330. Usnea sp. jur. 101. Ustilago Candollei 391. Utricularia minor 33. vulgaris 36.

Valerianella 762. carinata 119. Vaucheria dichotoma 730. Verbascum phoeniceum 119. 710. Veronica Buxbaumii 110. hederifolia 119. prostrata 148. Verrucaria calciseda 423. confluens 433. Flotoviana 406. fusca 302*. geminella 381. glauca 406. Grimselana 408. Hoffmanni 435. limitata 433. maculiformis 303. sp jur. 536. submersa 406. viridula 495. Vicia angustifolia 118. Faba 718. lutea 53. Vinca minor 710. Viola Beckwithii 622*- odorata 681. stagnina 118. tricolor 145. Vitis vinifera apyrena 607.

Wehera nutans 50. Willemetia apargioides 54.

Zannichellia palustris 720. Zeora sp. jur. 324.

VI. Abbildungen.

Tafel I. zu S. 33. Fig 1—3 Monströse Birnen 4. 5. Utricularia minor. 6—11. Keimpflanze von Bunium creticum. 12. Corydalis cava. Erklärung S. 42.

Taf. II. zu S. 65 Fig. 1- 2, Umbildung der männlichen Blüthen von Salix cinerea zu Zwitterbl. 3. 4. Uebergang der Wirtel eines Sommerstengels von Equisetum Telmateja in eine zusammenhängende Spiralwindung. Erklärung im Texte.

Taf. III. zu S. 257. Entstehung der Fortpflanzungszellen von Bartramia pomiformis. Erklärung S. 260.

Taf. IV. zu S. 345. Durchschnitte einiger nordsalzburg'schen Torflager. Erklärung im Texte.

Taf. V. zu S. 563. Befruchtung von Crocus vernus. Erklärung S. 573.

Taf. VI. zu S. 579. Zoosporen von Chroolepus. Erklärung S. 589.

VII. Berichtigungen.

Seite 8. Z. 23. v. o. statt bestätigt lies beseitigt.
„ 10. Z. 15. v. o. statt Markstrahlen der Wurzelrinde lies Markstrahlen und der Wurzelrinde.
„ 10. Z. 12. v. u. statt der Wurzeln lies oder Wurzeln.
„ 11. Z. 25. v. o. statt es wurde daher dafür gesorgt lies es wurde dafür gesorgt.
„ 115. Z. 5. v. u. statt Stereocauleas l. Stereocauleos.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0828-0

Seite 116. Z. 24. v. o. statt voluimus lies valuimus.
„ 129. im Titel statt Umgegend lies Umgebung.
„ 130. Z. 22. v. o. statt vorigen Jahres l. gegenwärtigen Jahres (R. pseudo-Idaeus.)
„ 131. Z. 15. v. u. setze ein: , nach spitz (R. plicatus.)
„ (Ibid.) Z. 9. v. u. statt lanzett-blattartigen l. lanzettlich-blattartigen (id.)
„ 132. Z. 15. v. u. statt eiförmig l. rundlich eiförmig. (R. canaliculatus.)
„ 133. Z. 7. v. o. streiche das: , zwischen weissfilzig und behaart (II. Discolores.)
„ 134. Z. 16. v. o. statt verkehrt-eiförmig l. verkehrt ei-keilförmig (R. flaccidus.)
„ (Ibid.) Z. 21. v. o. statt disjungirten l. distanzirten (id.)
„ (Ibid.) Z. 8. v. u. statt Nro. II. panic. composita l. id. II. panic. composita (id.)
„ (Ibid.) letztes Wort statt oder l. oben (id.)
„ 135. Z. 18. v. u. statt die oberen weissfilzig l. die oberen fast weissfilzig (R. macroacanthus.)
„ (Ibid.) Z. 10. v. u. statt des Rienwaldes l. des Bienwaldes (id.)
„ 136. Z. 15. v. u. streiche das: , zwischen breiteiförmig und rundlich (R. argenteus.)
„ 137. Z. 6. v. o. statt dichten l. lichten (R. anomalus.)
„ (Ibid.) Z. 22. v. o. statt der kleinen l. dem kleinen (R. tomentosus.)
„ (Idid.) Z. 8. v. u. statt Gattung l. Abtheilung (III. Sylvatici.)
„ 138. Z. 10. v. o. streiche das: , zwischen dünn und weichhaarig (R. piletostachys.)
„ (Ibid.) Z. 14 v. o. statt von 3- und 2-blüthigen l. aus 3- und 2-blüthigen (id.)
„ 139. Z. 8. v. u. statt zugespitzt l. gespitzt. (R. nemoralis.)
„ (Ibid.) Z. 5 v. u. statt dichten l. lichten (id.)
„ 140. Z. 5. v. o. statt dichthaarig l. lichthaarig (id.)
„ (Ibid.) Z. 10. v. o. statt kegelförmig l. kugelförmig (id.)
„ 149. Z. 15. v. u. statt mit, oder Anhängseln l. mit oder ohne Anhängseln (IV. Spectabiles.)
„ (Ibid.) Z. 4. v. u. statt nur zerstreut l. nur sehr zerstreut (R. vestitus.)
„ 154. Z. 5. v. o. statt Rispe in den Achseln eines oder zwei 3theiliger Blätter und mit einem einfachen, dreilappigen, ziemlich entfernt stehenden, mehrblüthigen Aestchen beginnend . . . lies Rispe mit, in den Achseln eines oder zwei 3theiliger Blätter und eines einfachen, dreilappigen, ziemlich entferntstehenden, mehrblüthigen Aestchen, beginnend . . . (R. fissipetalus.)
„ (Ibid.) Z. 19. v. u. setze ein: , zwischen ganz und scharfzugespitzt (R. uncinatus.)
„ (Ibid.) Z. 17. v. u. statt weissfilzig l. weichfilzig. (id.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0829-8

Seite 155. Z. 16. v. u. statt Rub. germ. Nro. 89. l. Rub. germ. Nr. 39. (R. Radula.)

„ 156. Z. 16 v. u. streiche das: zwischen verkehrt-eiförmig und ablang. (R. cerinostylus.)

„ 165. Z. 3. v. o. zwischen gezähnt, — und oben: zerstreut rauhhaarig, — setze oben zerstreut behaart, unten kurz weichhaarig, grün, die obersten grauf. — Blüthenast mit rückwärts geneigten oder schwach gebogenen Stacheln, häufigen, feinen Drüsen und dichten, abstehenden Haaren besetzt. — Blätter gedreit mit langgestielten Seitenblättchen, rundlich eiförmig, an der Basis deutlich ausgerandet, gespitzt und ungleich eingeschnitten gezähnt ... (R. emarginatus.)

„ (Ibid.) Z. 4. v. o. statt die oberen etwas l. die oberen oft etwas (id.)

„ 166. Z. 10. v. o. statt gewöhnlich zwischen l. gewöhnlich stark zwischen (R. apricus.)

„ (Ibid.) Z. 4. und 3. v. u. statt verkehrt-eiförmigen, zugespitzten am Grunde herzförmig ausgerandeten l. verkehrteiförmigem, zugespitztem, am Grunde herzförmig ausgerandetem (R. Güntheri.)

„ (Ibid.) Z. 2. v. u. streiche das:, zwischen ausgeschweift und ungleich (id.)

„ 167. Z. 5. v. o. streiche das:, zwischen verkehrteiförmig und ablang.

„ 168. Z. 11. v. o. statt aus l. in (R. condensatus.)

„ (Ibid.) Z. 11. v. u. statt borstigen l. borstlichen (R. calliphyllus.)

„ 170. Z. 19. v. d. statt aus langen l. mit langen. (R. elegans.)

„ 171. Z. 16. v. u. statt tief aufrecht l. steif aufrecht (R. echinatus.)

„ 172. Z. 13. v. u. streiche das:, zwischen zusammengezogen und eng bespitzt (R. Bellardi.)

„ 173. Z. 10. v. o. statt lange l. ziemlich lange. (R. tereticaulis.)

„ (Ibid.) Z. 19. v. o. statt einzigen l. einzelnen (id.)

„ (Ibid.) Z. 4. v. u. statt mit schmalen l. mit schmalem (R. fragariaeflorus.)

„ 174. Z. 8. v. o. statt bis aus l. bis obenaus. (id.)

„ (Ibid.) Z. 14. v. o. statt zurückgeschlagen l. kaum zurückgebogen. (id.)

„ 179. Z. 12. v. o. statt gebogener l. gebrochener (R. carneistylus.)

„ (Ibid.) Z. 14. v. o. streiche das:, zwischen achselständigen und unteren (id.)

„ (Ibid.) Z. 12. v. u. streiche das:, zwischen grünlich und graufilzig (R. roseiflorus.)

„ (Ibid.) Z. 10. v. u. statt ei-rautenförmig l. klein, verkehrt-eiförmig (id.)

„ 180. Z. 9. v. o. streiche das, zwischen aschgrau und weichfilzig (R. cuspidatus.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0830-9

Seite (Ibid.) Z. 12. v. u. statt mit gekrümmten l. mit stark gekrümmten (R. rupestris).
„ 181. Z. 11. v. u. statt weisfilzigen l. weichfilzigen (R. deltoideus).
„ 182. Z. 1. v. o. statt und zerstreuten l. und mit zerstreuten (id.)
„ (Ibid.) Z. 14. v. o. streiche das :, zwischen kurz und filzhaarig (R. fasciculatus).
„ 183. Z. 29. v. u. streiche das :, zwischen schmal ablangen und mittleren (R. caesio-Idaeus.)
„ (Ibid.) Z. 10. v. u. streiche das :, zwischen graulich grün und weichfilzig (id.)
„ 184. Z. 9. v. o. statt scheint nur l. scheint mir (Bemerkungen (Nro 1.)
„ (Ibid.) Z. 2. und 1. v. u. statt Herb. rhen. l. Herb. Rub. rhen. (id. Nro. 7.)
„ 185. Z. 4. v. o. statt Valée l. Vallée (id. Nro. 8.)
„ (Ibid. Z. 15. v. o. statt Hollandrei l. Holandrei. (id. Nro. 9.)
„ 185. Z. 2. v. u. statt Herren l. 4.
„ 187. Z. 17. v. u. statt Prof. l. Referenten.
„ (Ibid.) Z. 12 v. u. statt 1108. l. 2208.
„ 188. Z. 20. v. u. statt 1802 l. 1832.
„ 257. Z. 16. 13. 11. 7. 1. v. u.
„ 258. Z. 3. v. o.
„ 260. Z. 19. v. o. } statt apilen, apile. l. axilen, axile,
„ 275. Z. 24. v. o. statt vor l. von.
„ 277. Z. 13. v. o. statt fällen l. füllen.
„ 285. Z. 17. v. u. statt denselben l. derselben.
„ 293. Z. 13. v. o. statt eine l. keine.
„ 302. Z. 4. v. o. statt wis l. wie.
„ 346. Z. 1. v. u. statt Betten l. Letten.
„ 350. Z. 14. v. o. statt Aberser l. Abersee.
„ 352. Z. 5. v. v. statt Weningunging l. Weningunzing.
„ 372. Z. 9. und 10. v. u. soll es heissen: Hier scheint also die Hochmoor-Vegetation unmittelbar auf Waldresten enstanden zu sein.
„ 530—562 steht fälschlich als Paginatur 230—262.
„ 608. Z. 9. v. o. statt subglebaeformis, squamis l. subglebaeformis plerumque compositus squamis etc.
„ 619. Z. 10. v. o. statt Endocarporum l. Endopyreniorum.
„ 619. Z. 2. v. u. l. fibrillae vel in cellulas transformatae, vel in gompho etc.
„ 628. Z. 30. v. v. statt Juvenius l. Juvencus.
„ 628. Z. 37. v. o. statt nudo l. nuda.
„ 631. Z. 33. v. o. zwischen die Worte „intercedens“ und „Nyl.“ setze Verrucaria.
„ 631. Z. 34. v. o. zwischen die Worte „verrucosa“ und „Ach.“ setze Pyrenula.
„ 633. Z. 3. v. o. streiche das Wort „vero.“
„ 634. Z. 3. v. o. nach nigricanti setae praeditus.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0831-5

Seite 634. Z. 29. v. o. l. 0,03—0,0375 m. m. longae, 0,009—0,0117 m. m. latas.
„ 634. Z. 2. v. u. l. 0,036—0,045. m. m. longas, 0,012—0,015 m. m. latas.
„ 635. Z. 1. v. o. statt 242. l. 244.
„ 635. Z. 6. v. o. statt 244. l. 242.
„ 646. Z. 6. v. u. schalte zwischen die Worte squamis und brevissime ein: lato-ovatis obtusis, inferioribus tantum.
„ 648. Z. 14. v. o. schalte zwischen die Worte „apicem" nnd „munitis" ein: clausis, eligulatis, nervosis; spicis.
„ 707. Z. 8. v. o. statt wie l. weil.
„ 769. Z. 1. v. o. statt Endgruben l. Erdgruben.
„ 709. Z. 6. v. o. und weiterhin statt Bentz-See l. Beetz-See
„ 709. Z. 9. v. o. statt 1—2′ Höhe l. 1—2″ Höhe.
„ 709. Z. 9. v. u. statt Dachtower l. Dechtower-Damm.
„ 710. Z. 15. v. u. statt Stieze l. Nietze.
„ 711. Z. 16. v. o. statt Brendower l. Bredower.
„ 711. Z. 15. v. o. tilge den Punkt nach Jägerhause und statt Hingegen setze hingegen.
„ 711. Z. 3. v. o. statt Parron l. Perron.
„ 716. Z. 8. v. o. statt Hülle l. Hölle.
„ 722. Z. 16. v. o. statt Hipurideen l. Hippurideen.
„ 722. Z. 2. v. u. schalte hinter Verbenaceen (als zwanzigste Familie) ein: Plumbagineen.

Besondere Beilage: Seite 10. Z. 1. v. u. statt L. et L. l. L. et Lg.
„ 18. Z. 6. v. o. statt angeblich l. vergeblich.
„ 20. Z. 2. v. o. statt graveolens l. suaveolens.

Redacteur und Verleger: Dr. Fürnrohr. Druck von F. Neubauer.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0832-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1858

Band/Volume: 41

Autor(en)/Author(s): Lönnroth J

Artikel/Article: Descriptiones generum specierumque lichenum quas novas invenit vel limitibus novis determinavit K. 627-635